VINCENTII MANERII LOCRENSIS DE RESVRECTIONE ET ASCENSIONE CHRISTI LIBRI TRES.

1545.

PIRMVS
AVTORIS AD LIBRVM
EMICTENDVM ET DE/
DICANDVN REVE/
RENTISSIMO
DE BVRGOS.

ELEGIA.

Hoſpitibus dicens nullam de more ſalutem,
Quo feſtinus abis farc libelle mihi.
Non ſequor obſcuros, nec cœli luce carentes:
Sed mundi Procerem, Cardineumq; decus.
Eccleſię faculam, & dantem virtutis odorem
Vndiq;, quē gēuit magna THOLETA DOMVS
Eſto me nulli facias paruiq; rependas.
Me tamen an poteris quid valuiſſe ſine.
Non equidem, tantumq; nefas nec corde recepi
Cum te procedat noſter in orbe vigor.
Idcirco moneas docilemq; amplectere quęſo,
Vt nequeam tanto diſplicuiſſe viro.
Hortum nō petis in cultum nec vepribus auctū.

Nosti, propterea nunc mea verba tenē.
Casta refer, Cygno nā PRAESVL mūdior albo:
Omnis & e toto corpore næuus abest.
Cum loqueris risus & bacchanalia vita,
Bacchus abest, eius semper ab ore quia.
Delitie nullæ, viræq superbia nulla,
Præsule & in tanto lubrica nulla vigent.
Rustica palla artat generosos insuper artus.
Pellis & accingunt cingula casta renes.
Purpura dū corpus retegit, frontemq Galerus
Sanctorum gladios martyriumq putat.
Sic tandem reliquis pollet quo dicere possis
En cecidit cœlis Tertius Iste CATO.
His liber admonitus Baias penetrauit & alas:
CARDINEAS. subiit, sacra trophæa canens.

FINIS.

Quisquis scire cupit scuticas suspiria luctus
Et CHRISTI Mortem discere cunta breui:
Manerii percurrat opus prædulce canentis
Qui cum Pieriis Florida serta gerit.
Vtq; resurrexit cantat miro ordine vates,
Scandit & ad Patrē, CHRISTVS vt ipse Deū,
Non hīc Thespiadum nō hīc permessidos vndas
Perquiras, CHRISTI Sed pia gesta Dei.
Despice Mortalis quæ sunt mōrtalia, tantum
Perlege nunc Sanctum perlege lector opus.

H. AQVINVS CAMP. AD LECTOREM.

Si tantum Vates iuuat inspexisse profanos;
Acceptum lector dextra reponat opus.
Si Christi reditum simul ad vitamq;, patremq;
Qui canat; hic Autor Carmen vtrunq; dabit.
Ludant mendaces Phœbum, & mendacia vates:
Manerius Christum, & carmina Sacra canat.

LIBER VINCENCII MANERII DE TERRANOVA LOCRENSIUM MONACHI CARTUSIENS. Caprearum professi ad Reuerentissimum Dominum .D.IOANNEM DE THOLETO .S.R.C. Tituli Sancti SISTI Presbyterum Cardinalem de Burgos de CHRISTI Resurrectione liber primus.

QVid bõa mẽs christi mortali carne soluta
Fecerit, atq; mõ quonã spoliauerit orcũ,
Qualis & assũpta rediuiua carne sepulchro
Mane resurgendo fracto colluxerit orbi
Exequar, & paruo perstringam, magna cothurno,
Sed cum tale polis donum descendat ab altis,
Et non antiquo Parnasi vertice montis,
Terq; quaterq; deus qui prestas munera solus
Nunc adsis, sanctũq; plus ne sperne laborem,
Persicus absortus quidam formidine mortis,
Decreuit causam doctis didicisse sophistis,
Cur morimur, mors vnde ruat, post funera qd nã
Sperandum, claráq; in lucem obscura resoluant,
Ergo iter arripiens fido comitatus amico.

Per varios casus, terris iactatus & vndis,
Acticа peruenit sydonis littere soluens
Huc vbi deuentum, sapientem quęrere cœpit,
Qui sciat abstrusos sensus aperire diserte
Et facile dubium quęrenti solueret omne.
Cynnasium ingreditur tandem tectūq; sophistę
Susceptoq; viro, prętatur copia fandi.
Me nimium tędet vitę miserabilis huius
Hic ait. O rerum cui cœlum noscere causas
Prę-stitit, edoceas, cur terris nascimur omnes
Mortibus addicti innumeris, ciheresq; futuri.
Non ne vides hominum tp̄s velocius euro
Currere per volucri & Citius transire sagittas
Doctus & īdoctus morimur, iuuenisq; senexq;
Cum genitrice infans tenera cū virgine adultus.
Castra domus villę pereunt & funditus vrbes.
Imperiūq; ingens nullum sub sole perenne est.
Tempore nulla vigent prętantia corpora lōgo,
Pulchraq; nec visu, nec florum gloria perstat,
Diuitię refluunt, pereunt discrimine Reges
Multiplici, & tandem euanescunt omnia morte.
Eya age proposita hęc doctorum lumine solue,
Suspensoq; diu sophię medicamina pręsta.

Tali subridens respondit voce sophista.
Quid tantum mœres pressus formidine mortis?
In cassumq; iuuat misero indulgere dolori?
Corpora nostra diu nequeunt sub sole manere,
Principiumq; suum natura queq; sequuntur
Sol & homo quando producunt omnia mundo
Vndiq; cuncta fluunt, coguntur sole reuerti.
Noctes atq; dies orimur morimurq; sub astris,
Altero & asimili mortalis gignitur alter,
Sicq; renascendo moriendoq; fluxa videntur.
AEterna, & species durant per sęcula viuę.
Ista satis clarent suspirans Persicus inquit.
Morte premi doleo, nec posse euadere vermes.
Ceu spes nulla altum cœlum superare volatu.
Sic via nulla datur vitandi spicula mōtis
Ille ait, & credas stultum sub sole timere.
Quod vitare nequis, superisq; ęquare caduca
Te cupis ęternum, cum sis mortalis & vmbra,
Et ioue principium credis te ducere summoq;.
Hic ait. ęterni lapides adamasq; cedriq;.
Nos sumus heu putridi vermes & fabula quare,
Arguta contra respodit voce Sophista,
Cor concinna magis nostrum delectat & aures.

Parua lyra & fragilis: quam siluę q̃rcubus auctę.
Non cibus in pretio multus, sed lautus habetur
Tēpora longa quoq; albo nō numeranda lapillo
Sed q̄ ę ad vota magis felici sydere currunt.
Deniq; cum affuerit mors, tu distabis ab illa,
Cum vero abfuerit falcem aspernaberis eius.
Quid tantum męres igr̃ formidine mortis,
In cassumq; iuuat vano in dulgere dolori?
De nostro satis est mortali corpore dictum.
Ast animi an viuant, saltem post funera pande
Persicus adiecit, cupiens responsa sophistę.
Ille ait admirans aiōs & verba rogantis.
Rem petis obscuram, de qua diuersa sophistę
Dexerunt nostri, nec sunt vno ore loquuti.
Nam Plato cui sophię sublimis palma dabatur
Principio mentem nec non & fine carere
Dixit, & vt formam humanis non artubus addi
Sed ceu motricem corpus ratione regentem.
Magnus Aristoteles qui mentis lumine cunctos
Pręteriit dixit formam bene corporis esse,
Sed quia de nihilo prorsus nihil esse probauit.
Hæc quomodo fieri possint non scripsit aperte
Mortales aīos alii dixere sophistę,

PRIMVS.

Materiaq; sequi formam, sensere minores.
Hæc ait, & libris conuertit lumina apertis.
Persicus at vertit peragens vestigia grates,
Dũq; viam carpit fido sic fatur amico.
Non satis est factum quæsitis ore sophistæ.
Maiores igr statuo perquirere fontes.
Hebræos inquam veteres, clarosq; latinos.
Q ñquidem teneo peius iam viuere turcas
Heu porcis nullaq; poli pietate moueri.
Ni q; non rectũ cœlorum numen adorant.
In reliquis vero priuati lumine oberrant.
Quoq; trahunt sensus catulorum more sequũtur
Nã minime euitant quod taxat sulphur & ignis
Crimen, & affectant quod bellua nulla moratur
In rebus dubiis, vtuntur sortibus almo
Despecto domino, qui nutu cuncta gubernat.
Pro sanctis fatuos, pro veris falsa capessunt,
Nec sibi promictunt certam qñq; salutem.
Omne scelus solo sibi credunt flumine tolli.
Virgineosq; simul sperãt post funera raptus.
Et mellis riuos, & lactis flumina viua.
O tenebras hominum cœlis armenta pererrat.
Vaccarum, vernantq; polis num florida prata,

Roscida apes rostis vt possint condere mella]
Non nisi pauca polis animalia græcia finxit.
Translata, hi vero totos balanibus implent,
Iamq; fimis poterunt cœli impinguescere prata.
Ense truci quoq; defendit sua facta nefanda.
Hoc genus infandum descendens fece Gigantū.
Cum nulla possint solida ratione tueri,
Sed turres vrbis video apparere propinq;.
Et pueros multos extra colludere portam.
O foret hæc vrbs iudęorum gente habitata.
Offendamq; virum diuino lumine plenum.
Qui valeat finem nostris posuisse querelis.
Ingressiq; vrbem iudęos vndiq; cernunt.
Optatusq; datur doctorum doctor ab illis.
Cui prior assurgens tandem sic Persicus inquit.
Fessus ab extrema venio regione orientis.
Morte docendus homo misera cur corruat oīs.
Si moriturus erat talem cur condidit autor?
Si mens æterna est æternis iungere membris.
Debebat pariter: si defectura fugaxq;.
Debuit huic dotes meliores tradere saltem.
At aquilæ, cerui, serpentes, sæcula viuunt.
Plurima, solus hō citius sua tempora claudit,

Hæc mihi pāde ꝑcor breuiter quo dicta capessā,
Et valcam memori sermonem mente tenere,
Intellecta facit ratio requiescere mentem.
Doctor ait patulas igr̄ nunc pande docenti
Aures, atq; satisfatiam ratione petitis.
Cum Deus omp̄s nullis compulsus ab extra
Causis, sed tantum propria bonitate decoros
Formauit cœlos, terras, pōtumq; profundum,
Ex nihilo, cœlosq; suis splendentibus astris
Ornauit, varijsq; impleuit concaua cœli
Alitibus, terras fulua ceruice leone
Cum sibi subiectis aīalibus arbore & herbis,
Ditauit varijs, ac pontum piscibus auxit.
Innumeris, & quæq; latescunt cætera fecit.
Florentesq; hortos paradisi nomine notos,
Plantarat primo positos sub sole oriente.
Quis narrare queat visu pulcherrima poma.
Et sapidos fructus fragili conscribere penna.
Huius? quisq; ferat violas & gramen odorum
Omnigenum, semperq; virentia Lilia in hortis?
In medio lignum vitę vetitūq; locauit.
Fons sonat a dextris vitrea largissimus vnda,
Vbertimq; rigat plantas & florida prata.

Huc hominem primum formatum rure damasci
Cum consorte tulit facta de parte mariti,
Et posuit dicens cunctis dn̄amini vbiq;
Felices rerum domini, & nascentibus vltro
viuite in hisq; hortis longum producite tēpus
Donec cœlorum reuocemini ad aurea regna
Præceptum tantum si non violabitis Istud.
Quę contra vos est ramis felicibus arbor,
Sola dicata mihi, reliquis vescamini in vlri.
Hanc quacūq; die tetigisse aut carpere fructus,
Mens fuerit, subito crudeli morte ruetis,
Hæc ait & clara haud solus conscendit ad astra,
Non malus hæc potuit demon sufferre tonantis.
Dona viro facta, inuidia stimulatus iniqua.
Propterea indutus squamosa pelle draconis.
Lignum conscendit vetitum, ramoq; pependit.
Vtq; implere queat mensuram criminis omnis.
Euam sic prior alloquitur, dic magna virago.
Optima poma iacent nulloq; legente putrescunt
Vnde uenit uestris animis ignauia tanta?
Olli uirgo tremens ditioni cuncta subegit.
Nostræ ait omnipotēs uetuitq; hęc candida pōa
Tantum, sic repetens quacunq; acceperis hora.

Voce uiro, subito plecteris morte inimica
Non sic demon ait mendax homicidaq; semper;
Diis potius similes percepto gucture pomo
Vos eritis, fugietq; statim ignorantia rerum.
Credidit infelix virgo, pomũq; receptum
Admouit labris pauitans auideq; momordit.
Mordendũq; viro exhibuit, sumpsitq; maritus
Imprudens; uictiq; uno sunt crimine, tandem
Lignum, virgo, draco, cælo nõ credere mortẽ.
Progenuere, ꝗ tibi manifesta est mortis origo.
At si seruassent magni mandata tonantis,
Expertes mortis uicturi in sæcla fuissent.
Quod quia non factũ ẽ mortales nascimur oẽs;
Damnaq; portamus superis in flicta parenti
Primo, qui seriem peruertit crimine rerum.
Quattuor ætates & partes quattuor anni
Nos minuunt ideo, laniantq; & frigus & ęstus;
Additur his ferrum, pestis, letale uenenum.
Horrida bella, fames, febris, uariiq; dolores;
Quę nunq̃ cessant cineres nos reddere & vmbrã
Insuper ex nostris multi post funera uitam.
Corporis expectant, alii ceu uana refellunt.
Hæc abiit fatus turba comitatus hebręa at.

Persicus ad lictus tendens, sic fatur amico.
Dogmata hebrẹorum phisicis meliora uidentur.
Christigenum restat fontes tentare latinos.
Offenduntq; ratem fluctus tranare parantem.
Italiam uersus, portũq; intrare, Tarenti.
Hanc hilares scandunt uentisq; afflantibus altũ,
Iã superant raduntq; cita acroceraunia puppe.
His iter Italię cursusq; breuissimus oris.
Hinc mare non modicũ breuiori nocte reliquũt.
Iamq; resurgebat roseis aurora quadrigis,
Italiamq; orto stellis splendore fugatis
Prospitiunt humilẽ nautæ cursuq; propinquãt.
Et celeres uelis lectis ad littora torquent.
Puppim deinde petũt portus lætiq; subitrtan
Persicus at petiit curato corpore Romam.
Haud Iter & modicum breuiori tempore fecit
Et prænestę solum sotiis stipatus adiuit.
Maneq; carpebant montis decliuia lęti.
Spectantes oculis sublimis menia Romæ.
Cumq; propinquarent illi, se celsior offert.
Collis, & inde uiæ dux demonstrabat aperte
Vrbis circuitum, muris extantibus altis.
Sed quia pars minima ẽ Romę q̃ nũc habitatur,

Quæꝗ iacet maior proſpectis undiꝗ muris.
Talis uiſa fuit ſummis tenuata ruinis.
Qualis luna parum freno lumine adaucta
Per modicaꝗ micans effundit lumina partes
Aſt reliqua eſt nigris penitus ſummerſa tenebris
Inſuper excelſi montes monſtrantur eodem
Colle uiro ſeptem, portæꝗ ex ordine cunctę.
Inde petunt illam uiſuntꝗ inſignia Apellis
Praxitelisꝗ opęra, ex multis quę pauca ſupſunt
Et miras fabricas, & multo maiora ruinis
Perpendunt gaudentꝗ nimis uidiſſe dolentꝗ.
Tandem ſumma petunt uaticani culmina mõtis.
Miranturꝗ Petro templum pauloꝗ dicatum.
Perfectumꝗ dolent nimiũ nõ cernere ad unguẽ
Dicite Pontifices melius quo expenditur aurum.
Quam ſaltem tegulis templum reddatur opertũ
Num melius bellis rebuſꝗ fugacibus. illud
Fundere,uel canibus roſtriſꝗ rapacibus?heu heu
Quam modicũ ſacri & templi pietatis habemus
Quamuis non ceſſet Paulus pro uiribus illud
Erigere Eccleſiæ Summus ſub ſole Sacerdos
Succeſſor Petri, Chriſtiꝗ vicarius ingens.
Ex quo nanꝗ ruit uetus & veuerabile templum

Cæsareis scapulis factum largaq; crumena.
Hæretici pallim uiguere atq; horrida bella
Deniq; theologum fidei qui ænigmata soluit
Persicus ostendit tectisq; receptus ab illo est
Perfacile, & tandem fatur sic iussus, eodē.
Optime preceptor cum tanta negocia solus
Sustineas, fidei cunctis ęnigmata soluens.
Me meseret, tædetq; nimis suplere labores.
Cum tamen extremis ueniam de partibus orbis
Morte docēdus homo misera cur corru at omnis
Vnde ruat mors, an restet post funera quicq̄.
Ne renuas queso rudibus reserare profunda
Veridici fontis, falsiq; resoluere nubem.
Namq; sophista mihi fuit & consultus hebreus.
Nō responsa tamen menti genuere quietem
Theologus uero quæ nam responsa dederunt?
Hospes ait, faciamq; satis ratione pet.is.
Si recte recolo phisicus de corpore dixit,
Nascitur ex ortu letū, hoc quoq; manat & ortus
Sicq; renascendo moriendoq; fluxa uidentur.
AEterna, & species durant per sæcula uiuæ.
Esseq; de nostro & de mentis origine eodem.
Principio est dictum nec non & fine carere.

Hisq;

Hisq; alia adiunxit sibi quę aduersantur aperte
Nec quicq̃ firmum solidarunt verba sophistę.
Hebręus vero fassus primordia rerum,
Et fabricam mundi factam sermone tonantis,
Asserit aprimo mortem fluxisse parente.
Hocq; cadente mori natos compellier omnes.
Clarius & mortis referans exordia dixit,
Lignum, virgo, draco, iussis nõ credere, mortē
Progenuere, tibi manifesta est mortis origo.
Cuius tu votis pedibus descendis amicis.
Doctor ait, cordiq; sedet sententia firma?
Ille ait hebræi, satis at non fecit abunde.
Asseruit nullam qm̃ post funera vitam.
Non procul aregno cœlorum Persice oberras.
Thæologus dixit, cœli secreta videbis.
Ergo hodie & plena potieris forte salute.
Auribus arrectis igitur mea dicta capesse.
Quęsitis de morte tuis responsa sophistæ,
De vitaq; futura quicquid sentit hebræus,
Audisti, nec non mortis discrimina nosti.
Sed neuter potuit veri conscendere ad arcem.
Nanq; sophus semper sub cœlis currit & vltra
Non scandit, terræ labyrintho clausus in orbis,

Iudæi vero legis datione superbi.
Vnde Salutarem vitam manare fatentur.
Promissiq; soli solimæ dulcedine tracti.
Contempsere dei archanum & commertia Cœli.
Idcirco profugi mundi per regna vagantur.
Sedeq; nec certa possunt sub sole morari.
At gentes tenebris tantū & caligine mersæ.
Errauere diu lapides & ligna colentes.
Cum vero placuit terris diffundere cœlo.
Diuinum lumen, portasq; aperire salutis.
Flexerunt capita & fidei subiere vireta.
Propterea soli felici in littore gaudent.
Cum reliqui vero priuati lumine oberrent.
Quę vt melius possis cordis gustare palato.
Incipere (vt fertur) Sermonem cogor ab ouo.
Cum primum omps formasset puluere patrem.
Et miserę culpę foueam cocidisset in altam.
Exeat inde deus poterit si viribus inquit.
Ipse suis, fulmenq; polis iaculetur ab altis.
Mente etenim tali me spreto sponte negatum.
Decerpsit pomum, vt nostris se viribus ęquet.
Cum vero nullis posset se viribus inde.
Ipse vel ex ipso cuncti sub lege creati.

Naturę erigere, at potius peiora subi ren:
Commotus pietate sua per scripta monebo.
Velle meum dixit, melius, sic forte valebunt.
Exire ex fouea, & maculas abstergere tantas.
Sic præcepta decem saxis descripsit in albis.
Electoq; dedit populo seruanda per æuum.
Legibus his populus prędictus sæcula vixit
Plurima, nec potuit fouea se afferre profunda:
Vnq̃, sed potius passim relabarat ad ima
Sentinę scelerum, & vitæ contagia quæq;.
Actum erat in fęces vitiorum venerat orbis.
Terrarum, & lampas splendebat nulla salutis.
Nam quos non vitium, hamabat cultura deorum
Qui ęrumnas hominum solus considerat aũt.
Frustra hominem feci dixit mundumq; creaui.
Non mea dextra orbem lapsum recreare valebit.
Iustitia, regnisq; meis pulsare tyrannum:
Talibus accensus verbum de culmine cœli
Misit, & humanam carnem de virgine Sumpsit
Rex uelut in regem gestans sæuissima bella.
Sæpe duces claros misit belliq; phalanges.
Cumq; referre minus possent ex hoste triumphũ
Bella sed in peius potius sublassa ruissent.

Ipse ait experiar poterit si dextra inimicum,
Hæc mea crudelem de pulchro pellere regno,
Vesteq; seruili ueniens indutus in hostem,
Gessit bella diu, tandem victricia signa,
Detulit, ad terras prosternens dextra inimicum
Mortali sub carne deus, sic venit in orbem.
Et ditem sola vicit ratione superbum.
Non equitum turmis etenim nō milite cinctus,
Venit, & indutus ferri non veste trilici
Non foueis castella ruit, non milite cinxit.
Nec scintillarunt acies fulgentibus armis.
Non sol in clipeos fulgens splendescere montes.
Fecit, & innitu roboarunt concaua equorum,
Hoc duce, nec tremuit pontus clangore tubarū.
Deniq; non tumido duxit sua tempora fastu.
Nec cum delitiis fuluum cumulauit & aurum,
Dura sed elegit semper summosq; labores.
Nanq; inter bruta exorto stabuloq; ferarum.
Ablata ē requies puero opportuna Tyranno.
Cōpulsusq; fuga est Nili petiisse co lonos.
Tandem post annos septenos inde reuersus
Subditus abiectus semperq; minora secutus
Vixit, & expleuit mira virtute iuuentam,

Aſt vbi ter denos & plures attigit annos.
Pauperiem extremam & carnis ieiunia paſſus,
Ingratis cœpit fontes aperire ſalutis.
Iudęis, monitiſq; Piis miracula ſumma,
Addidit, haud alia propria at virtute patrata.
Molibus his voluit mundum releuare iacentem
Propterea hebræi tanto liuore furebant,
Vt minime poſſent oculis hunc cernere rectis,
Conſiliumq; ſimul confirmauere malignum,
Vt chriſtum caperent armis captumq; necarent,
Et per diſcipulum corruptum munere & auro,
Per procuratas prōptasq; ad crimina linguas,
Hunc fixere minis ſuperato iudice ligno.
Noſtram & ſic proprio quęſiuit ſanguine vitam
Perſice nunc fidei felices collige fructus,
Auribus arrectis recolens quæ dixit hebræus.
Lignum, virgo, draco, iuſſis nō credere mortē
Progenuere, tibi manifeſta eſt mortis origo.
Nos vero omnino victam qui credimus illam,
Iuſtitiæq; ſatisfactum fore ſanguine chriſti.
Lignum, virgo, draco, præceptis credere remur
Ipſius, & fidei vitam peperiſſe perennem,
Tertia enim tetro viuus poſt funera ab orco

Luce resurrexit, spoliis ditatus opimis.
Sicq; Euæ culpas uirgo extenuauit abunde,
Adę peccatum christus purgauit in alto.
Stipite, cœlestis seruando iussa parentis.
Huic quicunq; igitur firmato pectore credet.
Omnino viuus tumulo consurget vt ipse.
Vnius q̃m noxa si extinguimur omnes.
Cur non unius debemus uiuere uita?
Persicus obstupuit cordiq; hęsere beata.
Dogmata christigenum & uitā post funera credit
Firmiter, atq; rogans doctorem talia fatur.
En tua uerba pater me Illustrauere, fidemq;.
Progenuere mihi, credo post funera uitam
Affore credo equidem certe nec credere cesso.
Vnum oro ut possim fidei penetralia adire.
Perfecteq; malum mortis sepelire timorem.
Dic mihi quo pacto functus surrexit Iesus.
Ex baratro, sęuo superato principe mundi.
Membraq; suscepit victor rediuiua sepulchro.
Hisq; recensitis constabunt omnia clare,
Nec quicq̃ dubii poterit subsistere mente.
Persice magna petis summos hęc sarcina poscit,
Enucleabo tamen paucis fastigia rerum.

PRIMVS.

Doctor ait, uoluitq; oculos dicturus in omnes,
Pierides Calabrę nunc totis uiribus optem.
Pandere uos alta terra & caligine facta.
Indeq; deductos Christo surgente triumphos.
Illa sed fultę quę natum in funere prima:
Mane resurgentem uidit, gauisaq; uiuo est.

FINIS.

VINCENTII MANERII DE TERRA Noua Locrēsiū Mōachi Cartusiēs ad Reuerēdissimū DOMINVM.D.IOANNEM DE THOIETO.S.R.C.Tituli Sācti SISTI Presbyterū CARDINALEM di Burgos de Christi Resurrectione: Liber Secundus.

COnsedere oēs & cōticuere tenentes.
Ora intēta uiro uictricia facta cāeri.(na
Thęolog9uero cathedra subnis9ebur/
Digna locuturus cedro, sic ora resoluit
Infandos cogor dicturus lęta dolores.
Ad mentem reuocare quidem, nā morte seuera,

Lęta resurgentis Christi solennia manant.
Seu subeant animis igitur tormenta tonantis;
Seu cœlos etiam quę reddunt gaudia lętos.
Quis latus ex homine, exortus uel tygride sęua;
Temperet alachrymis trahat & suspiria nulla?
Sed cũ te hęc teneat noscendi tanta cupido.
Christigenumq; tuo sedeant iam dogmata cordi.
Incipiam. Orbis terrarum gestabat habenas
Totius Cęsar, qui sumpsit tybride nomen;
Ecapreis; mira patrię dulcedine tentus.
Pro quo Pilatus Solimos ditione regebat.
Cogebatq; suo domino præstare tributa.
AEquali quatrupes aries surgebat ab ortu,
Cœlestis; radiisq; auctus solaribus orbem.
Reddiderat tepidum niuibus de montibus altis;
Depulsis, terrisq; gelu dissoluerat omne.
Laurus honoratum duplicabat fronde virorem.
Floribus atq; nouis myrtus spirabat odorem.
Montibus eois terebinthus ferre resinam.
Cœperat, atq; comam pinus diffunderat altam.
Sanctaq; tunc hilares carpebant thura sabęi.
Nec non florebat sub tali sydere pratum.
Omne, rosisq; nouis viridaria cuncta rubebant.

SECVNDVS.

Vernabant viole flores reserabat acanthus,
Et manibus pueri iactabant Lilia plenis.
Mella legebat apis, succi de flore repleto.
Et Zephyrus segetum veniens implebat aristas.
In siluis philomela suum iam gutture pleno.
Et soror in tectis mellos cantabat irundo.
Cunctaq; plus solito fulgebant sydera cœlo.
Deniq; lætitiam ostendebant quæq; creata
Atq; resurgenti assurgebant omnia christo.
Mos erat hebræis sub tali sydere quarta.
Et decima Luna Pascalem offerre tonanti
Agnum, qui populi memorabat morte salutem
Præteritam, mundiq; simul quandoq; futuram.
Venerat illa dies sub tali si dere. & anno.
Tandem, feliciq; agnus sub stipite verus.
Oblatus Christus ceu prædixere pphæ est.
Vltima cumq; alto traheret suspiria ligno.
Atq; animam patri clamando redderet almam.
Astitit haud obiter studioso at marte tyrannus.
Orbis & vncino felicem tollere mentem.
Ausus adunco est, sed cum nil mortale videret
Cognouit sub carne deum latuisse, pedemq;
Contraxit subito, & regnum penetrauit auerni.

Ceu lupus in siluis cupiens comprendere prędā,
Se se prædantem conspexit forte leonem.
Ille retrocedens non cessat currere donec.
Im ppriū lustrū pedibus pernicibus intret.
Quadruplici claustro clauduntur regna ꝓfunda
Tartarei regis summo aduersantis olympo,
Semper, & iniusta mundum ditione prementis,
Maxime ab ęthereo primum disiungere orbe.
Et penitus terrę centro penitusq; repostum est
Lucifer hic tumidus tumidorum rector & autor
Regnabat, fontesq; ferus quoscunq; trahebat
Huc ruit imprimis qui excepit liuidus armis.
Germanum, ausùsq; est orbem fędare cruore.
Hic quoq; dant pœnas absumpti gurgite uasto,
Diluuii belusq; p̄inalus belumq; securi.
Nomina tot diuum quot sunt sub sole theatra.
Hic libido simul cruciatur dira Gigantum,
Regnandi, semperq; Polis obsistere dextra.
Conatum, turrinq; altam babylone parantum,
Hicq; pharao vndis rubeis submersus iniqus,
Assyrii reges. persę, macedumq; tyranni,
Merguntur pœniq; duces rerumq; potentes,
Romani, uariisq; modis cruciantur in igne.

SECVNDVS.

Hicq; sophistarum numerus qui indagine mẽtis
Nouerunt clare, sed despexere tonantem
Deniq; qui legem naturæ non coluerunt,
Et scriptam pariter non seruauere rebelles.
Incessabilibus tormentis afficiuntur.
AEternusq; ferit miseros sine fine tyrannus
Adiacet infantum post hoc miserabile claustrum
Qui licet infecti nullo sint crimine culpę.
Ni primo ex vtero quod contraxere parentum;
Pœnaq; nec sensus hos tristis torqueat vlla.
Attamen haud poterunt faciem qñq; tonantis;
Cernere per pulchram lætisq; assistere cœlis.
Post hos clauduntur tenebroso carcere grata.
Plurima turba deo, maculis aspersa quibusdam
Nã pro auro lignũ, stipulã pro argẽto atomosq;
In fidei muro viui posuere miselli.
Curaq; nulla fuit dum possent tollere mendas;
Indeq; nec poterunt quandoq; exire seuerus;
Donec vulcanus maculas deterserit omnes.
Viuentum ve manus pietatis dona ministrent;
Extremum pulchras aĩas cœloq; dicatas
Maturasq; deo iam iam, laribusq; supernis.
Continet, & tardant Illis se iungere lætos,

Nam promissa salus non dum descenderat ipsis
Hæc loca circuitu & muro clauduntur ab vno.
Nec non læthei vallantur fluminis ingne.
Porta inter geminas turres adamantina cunctis
Ingens se rigidam valde venientibus offert.
Quam neq; robusti possent temerare Gigantes.
vestibulum magnum gradib9 squallentibus int9
Armis stat plenum variis, iaculisq; seueris,
Quæ stygio dirus vulcanus fecerat antro.
Robur in æternum portæ & tutamen auerni.
Lucifer infandus postq̄ loca nigra reuisit.
Cunctaq; cognouit solido iā robore firma.
Ad se accire iubet furias quascunq; phalanges
Infernas, fortesq; simul quoscunq; Gigantes.
Nec mora conueniunt omnes ad bella parati.
Vibrantes hastas scintillasq; ore vomentes.
Rex quibus in Solio residens sic ora resoluit.
Omecum passi summam omnipotente ruinam,
Depulsiq; simul cœlis ab origine mundi.
Horrida in hęc lustra & tenebrosa in visceraterę
Crediderā, requiem partam finemq; laborum.
Nec mihi sub cœlis aliquando obsistere quenq̄
Posse sed heu timeo nobis regnisq; superbis.
Ingenio tanto partis summoq; labore,

Nō potui quando morientē huc ducere Christū.
Vt reliquos duxi Sanctos cunctosq; prophetas:
Nescio quid lateat diuini in carne caduca.
Illius, & facere hunc miracula plurima vidi.
Lazarum & hic minime potui retinere vocatum
Nuper vocē sua: supera nunc vescitur aura,
Me inuito, atq; alios plures extraxit ab orco.
Essent multa quidem super his narranda periclis
Sed nunc iam fractis præstat succurrere rebus.
Eumenides superas ergo conscendite adauras,
Vrbem tu Alecto muni studiosa quiritum.
Mars aderit fortis certabit Iupiter ipse.
Arce sua excelsa tarpeii in monte locata.
Tisiphone vero solimos vexabit in euum.
Causa mali omnigeni & scelerū sentina pfunda.
Perfidus at Iudas dira excruciabitur Hydra.
Qui dedit in præceps quicquid sub sole tenebam
Proditione sua argentiq; cupidine & auri.
Cum primum fuero technis erectus ab istis.
Afraq; regna reges vigili ditione megera.
Diiq; Deęq; omnes faciles populiq; sequentur.
Vos vigili cura regnum seruate supernum.
Nos vero infernum robusto marte tegemus

Hæc fatus furias summo cum turbine misit.
Deinde fores patulas præcepit claudier orci,
Astringiq; iubet dura ex adamante catena,
Vectibus atq; nouis postes firmauit & ipsis
Imposuit saxum laxis immane catenis.
Vulcani ingenio subtiliq; arte paratum.
Magnũ deīde vocat briareũ huc q; Gigātib9 altis
Præfecit referens portam tutabimur istam,
Nos simul, at flamas eructans ore chimera.
Gorgones arpyiæ sphinges scillæq; biformes.
Armatæ gemina pugnabunt turre minaci
Excubię vero passim vigilesq; sedebunt
His dictis signoq; dato ductore capessunt.
Iussa viri carcerq; tremit clangore tubarum,
Nec minus omps hominum diuũq; repertor,
AEthere ab excelso quo terras despicit omnes.
Omne opus impletum cum cerneret esse salutis.
Nati morte pia & dirum fugisse tyrannum.
Toti se lętum cœlo manifestat aperte.
Lætitiāq; iubet superos discurrere in omnes,
Quisqueat exprimere & læto memorare tonātis
Quæ noua cœlicolæ exauserunt gaudia vultu:
Cantica lętitię, laudes, variosq; polorum.

Concentus, lætosq; hymnos transcurrere penna
Ast vbi protracta i cœlis su nt gaudia summa
Vocibus angelicis proceres accersit olympi
Ad terrasq; iubet totum descendere cœlum.
Omnipotens partenq; monet se iungere Christo
Expoliaturo Limbum ditenq; trophęis.
Sacro partem aũt felicia membra Sepulchro.
Deposita obseruent latiloq; sequantur honore
Dõec tartareo victor conscendat ab antro.
Spiritus atq; iterum felicia membra resumat,
Maiorẽq; Michael dux fortissimus Alam.
Ductitat, at Gabriel iussus ductare secundam est
Vexillumq; crucis roseo splendore coruscum.
Ductori primo tradit niueũq; secundo.
His dictis celeres cœlo labuntur abalto.
Ad terras humiles sicut cum strage peracta.
Miles vt euadat spoliis ditatus opimis.
Insequitur, tritũq; volat captare tyrannum
Montibus vtq; solet populus cõcurrere agrestis,
Pro accœptis damnis optatas sumere pęnas.
Hostibus & patria possint habitare repleta,
Talis ad eternũ victorem illabr omnis.
Perpessũq; crucem cælestis curia Christum,

Ergo in conspectu lapsi cum vertice cœli.
Illius starent celeres præstare fidele
Obsequium votisq; parant parere libenter.
Quos hilari vultu & facie suscepit amęna
Christus & exoptans citius religare tyrannum.
Dũ redeo Gabriel (breuis est via) cura adamatã
Matrem depositumq; meũ sub marmore dixit.
Ille humili nutu subiit cælestia iussa.
Et celer exequitur magni mandata tonantis.
Est vallis solimis gemino sub colle profunda.
Iuditio extrẽo sedes cæleberrima cũctis
Vnde iter horrendum & tristis descensus auerni.
Ascensusq; animis extrema luce patebit.
Cum niueos agnos Iudex distinguet ab hædis.
Angelica hanc christus tandẽ cõmitante caterua
Ingreditur fulgens timidis nec passibus illum.
AEquant Cœlicolæ vadentem ad inania regna.
Lucida lux christi tenebras abigebat & atros.
Cernere sola dabat fugientes vndiq; manes.
Ipsius aduentum explorantes atq; timentes.
Ibant sub terrę taciti caligine densa.
Qualis in obscura in tempesta ac nocte viator.
Non nisi per lumen siluam pertransit opacam.

Fulguris

Fulguris assidui crebroq; micante procella.
Iamq; propinquabant orco lacubusq; profundis.
Clare erat audire æternis fornacibus illinc
Excruciatorum voces gemitusq; dolentum.
Progressisq; parum sese offert horrida porta,
Turribus excelsis validisq; recincta duabus.
Hostis ad est muris vigilans custodia clamat
Lumine non solito & prospectis ordine turmis.
Lucifer arma capit subito furibundus & atrox.
Extemploq; simul sumpserunt arma gigantes.
Insequitur clamorq; virum sonitusq; tubarum.
Et confunduntur currentes ordine nullo.
Altior at christus mediis in millibus alas
Instituit binas & turres sternere iussit.
Ipse crucis diras procedens cuspide portas
Percutit, has proceres crudeles tollite dicens.
Dentibus infrendens portas quis pcutit inquit
Lucifer? & firmat terno conamine vectes.
Terq; duces animat ter cogit ad arma phalanges
Glorię adest dominus pceres has tollite portas.
Dixi nec rursus cœlorum obsistite regi.
Dūq; instat Christus dux fundamenta michael
Vnius turris reliqui minuere secundæ.

Cum vero nollet portas aperire proteruus.
Lucifer iratus Christus molimine summo
Impulit impulsu baratri tremuere cauernæ
Et portę pariter gemina cum turre ruerunt
Ingreditur Christus densis in tartara turmis
At manes fugiunt diuino lumine viso.
Qualis sol oriens æstiuo tempore nubes
Dissipat, & ceram dissoluit torridus ignis.
Luciferum vero & mortem implacabile monstrū
Circumquaq; dedit catefracto milite Christus
Cumq; fugæ omnino victis spes nulla daretur
Lucifer euomuit fumum (mirabile dictu)
Cōmistum flamma & baratrum stridore repleuit
Insiluit Christus stringens & guctura dextra
Alligat iniecta solido ex adamante catena
Dux et monstrum quatiens deforme Michael
Strauit & antiquam traxit de fronte coronam
Armaq; diripiunt reliqui catefracta gigantum
Et mortis currum pessum cum Falce dederunt
Omnia Christus hē christo submictitur omne
Robur tartareum iufernas moderatur habenas
Dūq; leuat placida commotos pace tumultus

Qui stellam fecit christo nascente minister
Cælestis, duce qua reges coluere orientis
Inuentum Cunis puerum perfecit ad vnguem
Materia simili currum. variisq; lapillis
Ornauit gemmisq; iugum distinxit & axem
Eois minio mira variauit & arte
Temonem, magnasq; rotas radiosq; rotarum.
Non equus æpyri hispanus tærr ęue britannę
Italus aut quisq̃ sonipes generosus in orbe
Ferre triũphantẽ poterit pulchrãq; quadrigã hãc
Sed leo virq; trahent dextra vitulusq; sinistra
Adiutus pennis aquilæ & virtute uolantis
Nam deus humana sicut sub imagine nostra
Communes hominum pænas corpusq; caducũ
Assumpsit crucis ut uitulus sub stipite uerus
Offerri uoluit mundi pro crimine, tandem
Vt leo consurgens aquila & uelocior altos
Conscendit cœlos propria uirtute sedetq;
Inpatris ęterni dextra solioq; superno,
Hãc ita perfectam tandem pulchrãq; quadrigam
Occupat indutus rubicundo christus amictu,
Et scintillanti diademate tempora cinctus
Ibat ouans, uinctũq; iubet cum morte tyrannũ

Ante trahi amborũ mãibus post terga reuinctis,
Cruxq́ iugo affixa effulgebat lumine magno.
Auri chrysolithus dictus de nomine cornu &
Sardius in dextro flauus viridisq́ smaragdus.
Q ñquidem ardebant faciem & variabat iaspis.
Albus onixq́ micabat, Sapphyrusq́ sinistro.
Perflauus, reliquum tintus Carbunculus igne
Berillusq́ Poli viridisq́ toparion instar
Lucebant: Tituloq́ alii splendore fauebant.
Tardi ibant numero æquati Christumq́ canebãt
Angelicæ turmæ, resonant concentibus antra.
Hac nouitate patres capita erexere parum per.
Auribus hiq́ tenent proprius succedere cantum
Innumeri populi, & lumen subcrescere passim.
Iamq́ propinquabant antro, poterantq́ videri
Primus io seruator adest Baptista Ioannes.
Vociferat, cunctiq́ Pauent pariterq́ hilarescunt.
Sicut relliquiis nuper cartaginis altę
Millia Christigenum tenebroso carcere multa.
Mortibus addicti variis flãmisq́ seueris.
Cæsaris aduentu, lęti obtinuere salutem.
Ingreditur pompa cœlesti Christus in antrum,
Sęuus vbi clausos patres retinebat auerni.

Rex tenebris densaq; diu caligine mersos.
Constitit in medio currus nitidissimus atq;.
Clara triumphator fundebat lumina Christus.
Vndiq; Ceu titan ventis & nube fugatis.
Clarificat terras pulsa caligine noctis.
In facies cecidere suas hoc lumine viso.
Nec Christum poterant in maiestate videre
Patres obtusis oculis caligine longa.
Ast vbi concessum propriusq; accedere iussum est
Luminibusq; suis viderunt vulnera Sacra.
Nam q; Cicatrices plagarum Christus agebat.
Huc quoq; dignata est bonitas descendere cœli.
Expectata diu conclamauere, sed ista
vulnera quis fecit? sacrum quis fodit iniquus.
Pectus? & in cœlum palmas cum voce tulerunt
Plorantes. Propriis sic sum percussus amicis.
Electa in patria solimorum & monte pependi.
Ligno hoc pro mundo valeā q; educere vt istis.
Carceribus, clarisq; Polis vos reddere lætos.
Christus ait, monstratq; crucem cæleste trophęū
Humani generis radix tunc squallidus Adam,
Canitie inculta contectus corpore toto,
Terribiles gemitus effundens pectore ab Imo.

Iustitiæ ignoro cœli mysteria dixit
Prorsus, & ista meam mentem submergit abissus
Ille ego qui proprio fedaui crimine mundum
Et peperi mortem spernēdo iussa tonantis
Iudice tu vero sanctus Dannaris iniquo
Et resecas fraudes alienaq́ꝫ furta rependis.
Ipse sub vmbrifera Platano spaciabar in hortis
Tu traheris loris vinctus diraq́ꝫ catena
Ille ego qui fructus vetitos ingratus adedi
Tu cruce suspensus potu cruciaris aquarum
Et tribus extensus moreris sub stipite clauis
O pietas cœli superans quæcunq́ꝫ creata
Nullum Cuius iter poterit cōprendere acumen
Et si prima fui mundi & manifesta ruina
Me tamen exulto mundi manasse salutem.
O felix culpa æternus quam morte redemit
Conditor, & fecit carnem assumpsisse tonantem.
Ecce assumpta caro diuino numine nostra,
Regnat & omne genu subsistens flectitur illi
Si me dira mea inclinauit ad ima voluptas
Lætor perplura apparere in corpore Christi.
Quam optarā secūq́ꝫ Polis assumere iustos.
Per lignum, ligni sublata morte prioris.

Hæc ait, atq; crucem cōplectens oscula fixit.
Hisq; Noe fidus diuinis laudibus addit
Ora cruci intendens rutilę regiq; tremendo hęc
O generi humano solus solamina præstans
Non ego per lignum, lignum hoc seruauit abūdis
Vere homines mundūq; diu furiante procella
Indice & ostendens generosum pectus apertum
Hac intrauit ait pietatis ramus oliuæ.
Ore columbellæ oblatus mortalibus ægris
Hacq; fenestrella nos tandem eximus ab orco
Et paradisi hortos pulchros intramus ouantes
Hæc erat inuenti primi exultatio vini,
Quæ tunc incœpit sed nunc cōpletur adūguem
Hæc ait & Christum deflexo Poplite regem
Vexillūq; crucis demisso vertice adorat.
Annuit his Christus tetigitq; cacumine virgę
Placatus patres dixitq; hęc dulcia verba
Quos bōus effingit populos nō spernit olympus
Ait amat & quærit secūq; assumere curat
Parcite iam lachrimis tristes sepelite dolores
Venit amœna dies, lętum producite tp̄s
Felices animę victurę in sæcula mecum.
Tūc Cytharam Dauid percurrēs pectine eburno

Et miscens fidibus. vocem ,sic dulce canebat.
Hæc est alma dies dn̄s quam fecit amœnam.
Festiuāq; nimis proceres lętemur in ipsa.
Misit enim nostræ verbum per virginis aluum.
Et nos hostili penitus seruauit ab ira.
Non oculis gratum voluit pręstare soporem,
Tēporibusq; suis requiē nec tradere prorsus,
Donec luciferum redigens in vincla superbum.
Eripuit baratro tentos tenebrisq; sedentes
Hic erat allophilum iuuenis qui fudit hebræus
Vastantem domini sortem populumq; fidelem.
Firmiter antiqui in te sperauere redemptor.
Maiores nostri & tandem inuenere salutem.
Clamantes etenim opportuno tempore saluos
Fecisti,& minime spes nos concepta fefellit.
Hæc octaua dies maior q̄ septima habēnda.
Illa nanq; omnes sorbebat luridus orcus.
Hac vacui implentur iustorum semine cœli.
Nemo Ignem poterat domibus succēdere ī illa
Hac vero æternos animis sufflare iubemur.
Tandem illa haud sacrum cuiq̄ legisse dabatur
Manna sed hac cecidit primum de culmine cœli.
Hęc est Sancta dies dn̄s quam fecit amœnam.

Festiuāq; nimis populi lætemur in ipsa.
Hęc erat illa dies abraam superaddidit ore.
Quam vidi quondam & me delectauit ad horā;
Sed magis hęc quando vidi mysteria in illa.
Velata hac vero penitus Clarescere cuncta.
Tunc ē̄t saluus percussus vulnere patris.
Isacus euasit subposita morte bidentis.
Nunc regem cœli promissum semine nostro
Regnantem attrita cerno ceruice tyranni.
Quamuis sola caro mortem gustauerit eius.
Hactenus ipse sinu amplectebar quosq; fideles.
Nunc vero sinibus cupimus conprendier ipsi
Christe tuis tecumq; Polis regnare supernis.
Vt mihi sub terræ primo velamine sanctę
Pollicitus fueras: verbi seruator ad vnguem.
Hic erat almus ager nobis quem vendidit ephrō.
Hincq; resurgemus tandem de puluere vili.
Risuri Risum promissum nomine nati.
Prenitet hęc cunctis nox delitiosa diebus.
Expulsis tenebris populi lętemur in ipsa.
Isacus hac ē̄t decorauit laude triumphum
Et super exaltans vocem sic lætus aiebat
Si quando viuens fugiebam quæq; creata.

Diuinoq; animum pascebam lumine fessum,
Florido in hoc agro pacata mente vagabar
Lætus & vt flores cernebam crescere pulchros,
Membra ita seruantis consurrectura videbam,
Hęc quoq; quæ hoc carcer cõplet flagrãtia cœli
Vestibus ex nati clare spirare notabam.
Viua aqua de nostris puteis ex hausta profundis
En salit in cœlos oriens surgentis ab ore
Quã semel haud gustans poterit quãdoq; sitire.
Sed bibet & sitiet semper, sitietq; bibendo
Nec fons deficiet nec dulcis potus in æuum
Cessabit, semperq; noua dulcedine crescet.
Iurgia luciferi qñ superauit Iesus.
Et putei surgent eius per secula viui.
Ad quos iam læti tandem concurrimus omnes.
Vt cerui ad fõtes properant se immergere aquarũ
Hæc est alma dies dominus quam fecit amœnam
Festiuãq; nimis, populi lætemur in ipsa
His sequitur dictis domini speculator acutus,
Israel, æternique dei benedictus ab ore.
Hęc erat in visu quam vidi magna palestra.
Qua cœlos et flexisti maxime Christe.

Morte tua, cuius iudęus claudicat autor,
Per crucis has scalas positas in verticę coeli,
Angelicos cuneos humilem descendere in orbem
Indeq; sublime ad cœlum conscendere vidi.
Hęc mea signabat clare mutatio dextræ.
Cum benedicebam caligans ore nepotes,
Nati etiam tunica hędino detincta cruore.
Te referebat enim, fratrum liuore perempte.
Tunc ego cum tandem nouissem viuere Ioseph,
Mox quasi de somno consurgens regna petiui
AEgypti vidiq; oculis qđ fama ferebat
Non responsa tamen diuina impleta fuere;
Nanq; fui terra minime reuocatus ab illa,
Vt mihi responsum domini promiserat ante;
Illic sed moriens conclusi tempora vitæ
Naturęq; senex persolui debita, tandem,
Nunc vocor ægypto profugus cum gente fideli;
Ad patriam, summiq; Poli palatia vere
viuis verus enim noster percusus Ioseph
Inuidia, cunctosq; orbes ditione gubernas.
Bellator fortis, regniq; nigri vastator auerni,
Hęc erat illa fames hæc sunt granaria vere.
Laxa quibus toti succurris prouidus orbi.

Hæc erat AEgypti sublmis gloria regis.
Cum Ioseph fecit secum regnare solutum.
Prænitet hæc cunctis nox deliciosa diebus.
Expulsis tenebris, populi lętemur in ipsa.
Et mihi debetur pręstari copia Christum
Laudandi, fandiq; dei pręconia viui.
Inter defunctos, nec non spoliātis auernum
Diuinis spoliis plenum phalerisq; superbum.
Legifer adiecit, diuino lumine tactus.
Gloria magna fuit totum celebrata per orbem,
Cum ceruice iugum fregisset regis iniqui
Israeli, duxitq; deus per signa redemptum.
Cum mare percussum virga se erexit in altum.
Vt siccis pedibus possint transire fideles
Admissosq; sibi sęuos summergeret hostes.
Dans iter afflictis tutum & minitantibus vndas.
Cum petra iumentis populisq; effudit abunde
Flumina bis virga domino percussa iubente.
Desertis vastis populo sitiente rebelli.
Quatraginta annis terrę cum munere nullo
Viueret, at cœlis descendens manna cibaret.
Gloria sed piis superat solennia cuncta.
Nanq; Polos scandens summa reboare videbis.

Lætitia, variisq; choros resonare camęnis.
Concaua si inuero descendas viscera terrę,
En baratrum splendet paradisus factus amœnus.
Et tenebræ in lucē conuersæ lumina fundunt.
Totius mundi prostrato principe ab agno
Hæc quoq; quāta dies præstabit gaudia terris.
Extremoq; mari expositas habitantibus vrbes,
Quis facile poterit verbis aperire sub astris.
Siquoq; cœlesti præstetur dicere lingua?
Gaudeat ergo Polus lętetur terra fretunq;.
Ast ego plus multis lętari debeo quando.
Post vada niliaca & fidei post summa pericla
Que puer euasi crescens sub rege profano,
Post populi innumeri domino mādante receptū,
Imperium, ingressusq; male dominantis ad aulā.
Post equitum cuneos populū post terga sequētes
Armatos, genitisq; meę post murmura tanta.
Postq; datas tabulas legis, fractasq; priores,
Peccatum ob vituli conflati dęmonis arte,
Post consanguineas strages populiq; adamati.
Deniq; non potui promissam intrare quietem.
Sed tantum alonge montis de vertice vidi,
Atq; obii, claudens longeuę tempora vitę.

Indeq; sum tentus tenebroso carcere in isto.
Illuxit tandem requies promissa salusq;.
Descendit, venitq; suos educere vinctos
Sub pedibus posito crudeli principe mundi
Nunc facie ad faciem cœlestem cerno tonantem.
Promissumq; solum lætus penetrabo triumphas.
Nunc mea perfecta est lex, terræ deniq; firmus
Est orbis, venitq; polo miserante propheta.
Magnus, quem mecum cuncti cecinere videntes
Cui cano lętitię docui quę cantica quondam
Cum cuperem nimium tantam spectare salutem.
Hæc est alma dies dominus quam fecit amœnam
Festiuaq; nimis populi lętemur in ipsa.
Dentibus argutis secuit quem serra propheta
Post hunc his dictis memorat pręconia Christi.
Dilecto cantabo meo noua cantica Christo
Electo vt Titan nitidoq; vt candida luna
En venit ebosra de tinctis vestibus edon.
Solus vbi expressit vinum de dulcibus vuis.
Corporis, in pręlo ligni roseūq; cruorem,
Regeq; calcato mundi sęuoq; Tyranno.
Descendit tandem, cuius cecidere gigantes
A facię, infernęq; fugam arripuere phalanges.

SECVNDVS.

Hostis nunc pressi spoliis ditatus opimis.
Regnat, & ethereã propriis dat Ciuibus vrbẽ,
Surge igitur solima & cœli illustrare nitore.
Q ñquidem summum descendit lumen olympi
Te super, & fulgens exorta est gloria cœli.
Exue Virgo sion quicquid lugubre gerebas,
Lætitiæ q; tuas solennes indue vestes,
Excute iam cineres colloq; ligamina solue.
Candorem reuocans vultus, atq; vngere mirto.
Optimo, & innectas pedibus sandalia pulchris
Da digitis longis gemmas, niueoq; monile
Collo daq; aurum capiti mitrãq; decoram.
In te nanq; deus gaudet ceu sponsus amata
Sponsa, vnicornis vel pulchra vt virgine gestit
Exulta thalamos iam iam ingressura beatos
Cœli, & in amplexus tandẽ admictenda pudicos
Prenitet hec cunctis nox deliciosa diebus.
Expulsis tenebris populi letemur in ipsa.
Sunt alia patres Ionas regione propheta.
Cantica letitie dixit laudesq; canende
Sit satis infernos nunc effugisse penates.
Et finem exilii tandem obtinuisse beatum.
His patribus dictis Christo conuersus aiebat.

Tertia lux agitur corpus q̃ Christe sepulcrum.
Obtinet ecce tuum cœli immortale trophęum.
Noctibus ipse tribus sicut totidemq; diebus.
Ventre fui ceti summersus gurgite vasto
Et tandem viuus terris proiectus ab illo.
Seruaui innumeros prolato semine verbi.
Sic tua sancta caro mundi pro labe sepulta.
Viuificanda tibi & diuino addenda decori.
Carceribus tetris nobis baratroq; redemptis.
Vt decet & mecum cuncti cecinere prophętę.
Hac cum voce omnes sublato murmure magno
Sanctorum cunei dixerunt poplite flexo.
Gloria surge Poli exurge exultatio terrę.
Luciferi tremor, & clausis spes vnica nobis.
Exurge & redimas nos propter nomen Iesu
Christe tuum, tecũq; Polis nos redde serenis.
Tunc Christus duplicans diuini gauida vultus.
Exurgam diluculo ait, tremuitq; profundum.
Carcer, & in medio patuit tenebrosus hiatus.
In quem luciferũ iniecit mortemq; Michael.
Vnde triumphanti grates egere perennes
Patres, ceu quondã ægypti pereunte tyrãno.
Cumq; orbem medium nox horis acta subiret.

Et fulgore

Et fulgore suo terrę dissolueret vmbram?
Tempora cincta rosis rubiconda aurora genasq;
Angelicis resonante lyris, & laudibus antro,
Expolians orcum Christus ditenq; trophęis,
Cum patribus victor superas peruenit ad auras.
Et Paradisi orbis lętos deduxit in hortos
Felicem populum & ciues fulgentis olympi.
Venit vbi Elias secum iustissimus Enoch:
Equibus insignes cum vellet sumere quosdam
Consurrecturos, cœlũq; in carne abituros
Secum, quisq; sibi optabat contingere tolli.
Supplici & hoc cuncti prostrati voce rogabant.
Angelus at iussus nunc hunc nunc accipit illum
Indice quos Christus nitido monstrabat & ore,
Et reliquis veniet tp̃s quando oĩbus inquit.
Tollere membra sua & tumulis exire licebit.
His actis celeres sanctum petiere sepulchrum
Cœlicolæ, & curui dominum coluere iacentem.
Deinde manu placida Raphael venerabile corp9
Dirigit, atq; pedum clauorum cuspide neruos
Instaurat lęsos, pauitansq; accommodat haustas
Venas, obducitq; cutem pilisq; reuestit,
Sic laceris manibus fecit capitiq; cruento.

Vndiq; quod sentum laniarat dira corona,
Angelicaq; manu collectum vase cruorem,
Inposuit fosso lateri Vulnusq; medetur.
Et tandem totum corpus detersit & vnxit
Ambrosia, manibusq; pijs opobalsama fudit.
Interius vero æquatis humoribus, atq;
Concentu resono & mēbris compagine firmis,
Sanguine per venas propriosq; fluente meatus,
Deniq; membratim solidato corpore toto,
Christi anima effulgens ad felicissima membra.
Ingreditur, rasitq; deus diuinitatis omne,
Quod mortale erat immortale & reddidit illud.
Et pariter verbo coniunxit fecit & vnum.
Persona, regnumq; pater sibi traddidit omne.
Quale rogo ingenti iactatum forte metallum,
Igne diu coctum calidum transfertur in ignem.
Igneq; de bibito virtutem traxit & ignis.
Sic Christus verbi diuini dotibus auctus,
Corde resurrexit propria virtute sepulchro
Nemine summoto lapide intactisq; sigillis,
Sicut enim causa exiuit de Virginis aluo.
Clauso, ita surrexit propria virtute sepulchro
Lętitiaq; solum tremuit (mirabile dictu)

Tunc Sanſon portas montem portauit in altum,
Nocte in tempeſta deluſis Ciuibus vrbis,
Tunc aquilæ vere felix renouata iuuenta eſt
Terribiliſq; leo Catulum excitauit adultum,
Tunc iterũ Phænix ſumpſit rediuiua ſepulchro
Membra ab adorato, Paradiſi & amœna petiuit.
Deniq; cum Chriſto conſurrexere ſepulchris
Corpora multa pia & multis patuere per vrbem.
At Chriſtus patuit genitrici clarior almo,
Sole ſuę, cunctiſq; poli ſplendentibus aſtris.
Hunc vbi cognouit ſubeuntem limine clauſo
Mater natus adeſt truculenta morte reſurgens,
Dixit, & illachrimans veneratur cernua natum.
Ille autem matrem lachrimantem dulcibus vlnis
Suſcipit, & nitido configens oſcula fronti,
Aſſediſſe iubet ſecum, manibusq; retentis.
Matris, ait Chriſtus diffundens veſtibus albis,
Diuinam ambroſiam radioſq; ex corpore toto.
Horrida bella quidem minime latuere, priuſq;
Sunt prædicta tibi & clare cecinere prophetæ
Cur igitur tantum doluiſti funere noſtro.
Tranſmetáq; dolor tranſiuit maximus æqui?
Pectus nanq; magis noſtrum fodere dolores.

Quippe tui visi, proprio q̃ corpore lati.
Olli sic virgo lachrimis respondit obortis.
Dimidios matres functorum ferre dolores
Natorum natura iubet, reliquumq; maritis
Linquunt, nanq; ambo natorum causa fuerunt,
Sicq; dolor leuius fertur diuisus vtriq;.
At mihi qua sola voluisti prodere in orbem.
Et deus atq; homo, quę maior mensura doloris
Seruari poterat q. viuo est munus apertum
Nate tuum, orbem quę seruas & sydera coeli,
Nec grates agere ęternas q. seruet ad istam,
Cesso nate diem, videam cum viuere vitam.
Te functum æternam, & cœlum ditione regentē
Optarimq; mō naturæ soluere quicquid.
Debeo: Cui Christus diffundens gaudia dixit,
Sat fuit indultum lachrimis sæuoq; dolori.
O Regina noua, O verbi certissima Mater
Onitor, o cœli decus, o solamina terræ.
O coniux sine labe patris, natiq; recessus,
Candidus, O radiis Sanctus quam spiritus implet
Et dedit vt mater sis virginitate manēte,
Omnia soluisti generoso pectore cœlo,
Officia, & nulli cessit tua maxima virtus.

Tersisti maculas fragilis radicis Euæ.
Et cœli clausas reserasti ventre fenestras,
Virgineo, sexũq; tuum super astra tulisti.
Pauca tibi restant & iam regina polorum
Incedes, mundiq; simul tractabis habenas,
Angelicis prælata choris cunctisq; creatis
Quot tibi consurgent mundi per climata, templa
Votaq; Christigenum persoluent pectore fido:
Pro quot saluabis miseros clamata periclis,
Et dabis inpræceps nigri certamina ditis,
Quot sua mẽbra polis mẽtesq; imitãdo magistrũ;
Te consecrabunt iuuenes teneræq; puellę
Interea lętata diem dulcissima mater.
Hunc cole corde omni penitus mœrore soluto,
Et cum discipulis celebra solennia paschę.
Hęc & plura dedit Christus solamina matri
Affatu, fecitq; animum sub sumere vires,
Absumptas, visuq; suo reuocauit amœno,
Sicut in æstiuo dum cancer regnat adustus
Tempore marcescunt in cãpis gramina quæq;,
Hinc positis foliis & pulchris floribus inde.
Imbribus at fusis affatim gaudet acanthus,
Et violæ rident, vernantq; rosaria in hortis.

Pulchraqꝫ consurgunt niueæ per rura napeę,
Candoriqꝫ suo redduntur Lilia odora.
Ast vbi cognouit firmatam robore matrem
Christus, & in faciem proprium rediisse colorem
Dum redeo valeas mater dulcissima dixit.
Ecce rosas aurora suas diffundit in omnes.
Terrarum tractus propero releuare labantes
Discipulos, natrûqꝫ graues lenire dolores,
Hæc matri affatus liquidis se condidit auris
Quinqꝫ vices in luce illa totidéqꝫ diebus.
Quatraginta apparens, ad se pectora mota,
Traxit apl'cam ;& matres reuocauit ad almam,
Voce fidem soluitqꝫ suo fulgore dolores,
Tandem regna poli propria virtute petiuit,
Et patris in dextra residens producta gubernat
Vnde iterum veniet iudex condigna daturus.
Cunctis, pro vt quisqꝫ in mortali corpore gessit
Persice sic potuit Christus rediuiua sepulchro,
Sumere membra sua & vitam post funera ferre
Christigenis altam, mortemqꝫ necare proteruam,
Cur igitur morimur subiunxit Persicus ore.
Atqꝫ homines penitus minime de morte retraxit
Vel cur non dotes consumptas reddidit Adæ?

Talia theologus respondit voce diserta,
Corporis hęc mors delictis est debita primis.
Qua nulla omnino possunt ratione carere,
Nam si mortales homines non falce secaret,
Mors homines minime numen cœleste timerent,
Sic tamen est summo Christo opportuna medela
Exhibita, vt mortes sint istæ exordia vitę.
Si recolis, mentiq; hęserunt verba salutis.
Reddidit absumptas etiam mortalibus omnes.
Quas natura prius dotes concesserat Adæ,
Iustitiam vero donum mirabile cœli,
Non natura sibi, at cœlũ concesserat vltro,
Sed quia contempsit donum seruare supremum,
Non iterum meruit donari munere tali.
Ceu solidum castrum summi munimine firmum,
Si rex non aliquo præstabit munere cuiq̃.
Vt sibi sit fidus tantum obsequiumq; ministret,
Hic si infidus erit castro ex spoliabitur illo.
De iure, & nunq̃ poterit ratione potiri hoc.
Sic deus omp̃s quamuis spoliauerit omnes.
Mortales tali primo pro crimine dono,
Attamen obsequium omnes qui pręstare secundo
Maluerint Adę, his maius pręstabit & ingens;

Donum cui felix exiſtit gratia nomen.
Hac prȩſaga virum cecinerunt corda futura
Sanctorum, votumq; palam fecere tonantis.
Hac caro mortalis verbo cōprendier alto,
Commeruit, fieriq; deus (mirabile dictu)
Hac peperit virgo & poſt partum virgo remāſit
Hȩc piſcatores euexit ad ȩthera reges,
Martyribusq; dedit cœlorum ferre coronas,
Membratim cȩſis, & diris ignibus vſtis.
Hȩc ſexū fragilem niueum ſeruare pudorē,
Præſtitit, atq; fidem inuitis retiſcere tyrannis,
Morte obita & ſpretis cunctis ſub ſole ſecundis.
Hȩc rores cœli doctores ſpargere terris.
Deſertisq; dedit monachos habitare remotis.
Deniq; ſola poli largitur gratia regnum.
Et dotes ſupplet quaſcunq; amiſerat Adam.
Thȩologus dixit factoq; his fine quieuit.
Perſicus at fidei totius dogmate plenus
Immenſas grates cœlo, pariterq; magiſtro.
Egit, & ad propria eſt felici puppe reuerſus.
Aſt ego conſcendi compertam littore nauim
Et capreas fugiens mortalia quæq; petiui.
FINIS Deo Gratias Amen.
Capreis VII idus februari 1542

SECVNDVS.

AVTORIS AD LIBRVM EMICTENDVM ET DEDICANDVM ILLVSTRISS. APPRIMEq́ REVENDISSIMO DOMINO LVDOVICO DE THOLETO.

ELEGIA.

Quid mœres vultusq́ tuus Pallescit honorus
Care puer, violę sertaq́ sancta mea?
Tristor, nam nuper nostras peruenit ad aures,
Incultum q́ me iusseris ire foras
Andide q́ versu vel dulci voce catulli
Es minime excultus, despicis ire foras?
Non facit hęc magni deus at sua dicere facta
Veridico stilo, res sibi grata magis.
Adde q́ est mitis dominus cui mitteris, atq́
Non est elatus, rusticus, atq́ tenax.
Ingens ast animis, ingens est lumine mentis,
Deq́ tholeta ingens armipotente domo.
Is lodouicus erit victrici ex gente propago,
Quæ reges etiam perdomuere feros.
Elysium vocitant alii, qui dignus ad ire.

Elysii campos in rutilante Polo.
Cardineos vero prius exoptamus honores
Et triplici aureola prenituisse caput.
Huius presidium nemo te spernet adeptum,
Oraqꝫ te faciet peruolitare virum.
His puer assumptis animis volitauit adumbran.,
Elysii, & Christi carmina sacra canit.

FINIS.

VINCENTII MANERII DE TERRA NOVA LOCRENSIVM MONACHI CARTVSIENS, AD ILLVSTRIS.APRI MEqꝫ REVERENDVM DOMINVM .D.LVDOVICVM ALIAS ELYSIVM THOLETVM SVVM DOMINVM DE ADmirabili CHRISTI Ascensione Liber Tertius.

TERTIVS

N E nega nostro facilis labori
Aureus labi, digitus tonantis;
Vt queam Christi reditus ad astra;
Dicere lætos:
Nanq; te solo bona cuncta dantur;
Nec fluunt terris aliunde dona,
Maxime lumen fidei salubre
Manat ab alto.
Lubrica horrenda & tenebrosa vallis,
Orbis hic quidam vocitatur vnde,
Pulcher, & mœstis lachrimis redundans,
Ethnicus inquit.
Pulchrius phœbo nitidisq; stellis,
Cinthia plena radiante nocte,
Et noua aurora rutilante mane,
Quid fore censes?
Inde descendens elementa contra;
Inuicem semper, religari amore
Quæq; discordant remouere cernes,
Lege perenni,
Vnde pennatæ volucres per ethram,
Membra vibrantes volitant & implent
Montium tractus, humilesq; valles,

Et nemus omne.
Reptili pontus vario repletur,
Scinditur caudis leuibusq; sectus
Pennulis, terris generans virorem
Cuncta gubernat.
Quis potis terrę numerare dotes,
Arbores pulchras, viridesq; semper,
Montium fagos, vitreosq; fontes,
Inde fluentes?
Quis ferat voces auium canoras,
Dum suis nidos fabricare nauant,
Dulcibus natis, vtero repostis,
Dicere penna?
Aut opis fructus varios reuoluat,
Ore, quis bachi placidum liquorem,
Anseres pingues, capreas, aprosq;,
Ostrea, pisces?
Dulce quod viuis etiam voluptas
Pręstat, & nostris oculis refulget,
Mulcet auditum recreatq; nares,
Quis memorabit?
Sceptra quis tandem superis propinqua,
Et potentatus varios sub astris,

TERTIVS.

Qui deis reddunt similes potitos;
Corde refutet?
Vna tunc coram charitum resurgens
Ore facundo celeriq; lingua,
Dum silent cuncti recitata tali
Voce refellit.
Quam iugum mundi toleras libenter;
Nec iugum cœli superare curas.
Vnde descendis similis tonanti
Ethnice dixit,
Lucis omentes in opes rudesq;
Semper & crassis tenebris volutas
Cur ab horrentes pretiosa queq;,
Vana adamatis?
Luna, sol, quando nitidæq; stellæ,
Sanguine & crassis tenebris latebunt
Et polo immoti domini furore
Stare videbis.
Hæc quoq; incendens elementa vasta
Ignea e cœlis veniet vorago.
Cum deus iudex penitus resoluet
Quæq; creata.
Non dabit dulces philomela voces

Integrans cantum modulis canoris,
Nec soror circum volitando nidum
Concinet olli.
Ast cadent tactę volucres ab alto.
Et greges ponto reuoluti ab ęstu
Squamei, toto pacientur omnes.
Vltima rerum.
Tunc homo haud flores reuirensq; pratum,
Omnis, aut fontes sapidosq; fructus.
Quęret, aut vanæ veneris recessus,
Regnaue reges,
Sed manus tollent tremulas precantes,
Rupibus viuos sepeliri ab altis,
Anteq̃ cœli metuenda regis
Fulminet Ira,
Si diem vero nimium morari
Vltimum credas, propriam reuolue
Mente solerti, properare mortem
Ocyus euro.
Tunc bene agnosces miserande quantum
Nunc vales, quando libitina soluet,
Quod colis corpus fragile & vorandum,
Vermibus atris.

Vallis est ergo tenebrosa mundus,
Quam subingressus genitricis aluo,
Pauper es, verâ patria repulsus,
Nudus inermis
Nanque cum viuax reserauit ętas,
Lumina, & mundi tetigisse fraudes
Præstitit, quę nam reuitere nosti,
Ni scelerata.
Ille germanum iugulat machera,
Liuidus cruda, retrahens in agrum,
Et soli primus faciem cruore
Commaculauit.
Deinde coniurant domino repulso,
Omne mortales, adamare pulchrum,
Et voluptatum cumulo repleri.
Illecebrisque,
Propter hoc cœli dominator ingens
Percitus, cunctos homines furore
Eleuans pontum super astra cœli,
Perdidit vndis,
Post catha clismum genitus rebellis
Inguina irrisit nequiter parentis
Cham mero & somno pariter sepulti

Absq; pudore.
Crimen hoc peius geminę sorores
Patre prostrato veteri phalerno,
Ignibus sumptos homines putantes
Pignora gignunt.
Flumine hoc dixit rapido pharao,
Omnis, ex vulua veniens trahatur
Natus, aut rupto iugulo necetur
Gentis hebrææ.
Namq; cernebat generosa ab illa
Gente, robustos populos futuros:
Qui resistentes furiis tyranni
Liberi abirent.
Oquot immergunt hodie potentes
Optimos, magnis homines iniqui
Fluctibus, quando superari ab illis,
Forte verentur.
Hac fuit fratrum duodena labe,
Turba hebræorum maculata quondam.
Dum caput fratris iunioris auro.
Paupere vendunt.
Quid vagor campos veteres peragrans,
Cum noui passim melius redundent,

Talibus,

Talibus, longum foret & profundum,
Dicere cuncta
Ex quibus Christum memoremus unum
Cuius atroces recolendo pœnas,
Nemo non tangi poterit dolore,
Irrequieto.
Nam deus cœli hic dominusq; terræ,
Venit, ut nostras maculas lauaret:
Et suo fudit. Populo malagma,
Optima cœli.
Illi in electum medicum furentes,
Mente possessa phrenesi maligna
Pro tot impensis meritis dederunt,
Turbine pessum.
Compotes autem minime fuerunt
Voti, in excelsum quoniam resumens,
Membra odorato rediuiua busto,
Vexit olympum.
Vnde castigat genus hoc superbum,
Vrbe depulsos patriaq; sancta
Et per hostiles populos fatigat,
Sole sub isto.
Ethnicus cœlos penetrasse Christum

Audiens dixit, charites docete,
Quomodo Christus potuit subire
Corpore cœlum.
Tunc fides palla viridi recincta,
Et manu vibrans renitente palmam,
Nos decet dixit reserare Christi,
Ore triumphum.
Tres viros raptos memini fuisse,
Primus æterni domini futurus,
Testis assumptus minime repertus,
Extitit vsq̃.
Igneus currus rapuit secundum,
Per polit ractus paradisi in hortos,
Labe fædatum muliebre nulla,
Hunc quoq̃ testem.
Tertius Christus generatus alma,
Virgine, humani generis redemptor,
Viribus cœlum propriis subiuit,
Corpore summum.
Venerat quando finibus paternis,
Sumpserat corpus Maria beatum,
Virgine & verbum populis salutis,
Sparserat omne.
Mortuos bustis reuocarat atris.

Lumen & cæcis dederat salubre,
Fecerat claudos remeare, muta,
Oraq; fari.
Iam caput spinis, violarat hostis,
Ora fœdarat grauibus saliuis,
Corpus & sanctum grauibus flagellis,
Dilacerarat,
Lancea pectus reserarat almum,
Et pedes pulchros, niueasq; palmas,
Cuspide heu ferri terebrarat alto,
Stipite fixos.
Insuper mortem tolerarat atram,
Corpus inpostum fuerat sepulchro,
Tertia vero spoliando ditem,
Luce resurgens,
Quinquies matri sociisq; viuum,
Se die paschæ dederat videndum,
Et pius pectus solidarat actum,
Discipulorum.
Quinquies mentes iterum refirmat,
Semine æterno fidei refuso,
Et quaterdenis radiarat illis,
Carne diebus.

Omne iam tempus glaciale & horrens,
Fluxerat, uernum properarat altam,
Quo patris dextram repetat relicto,
Orbe superbo.
Tunc patres sanctos Paradiso eoo,
Christus assumens solimam petiuit,
Eliam tantum sotiūq; linquens,
Florido in horto.
Et syon montem penetrat repletum,
Plebe credentum, genitrice chara,
Vndecim missis maria, sorore,
Fratre, aliisq;.
Christus hos omnes epulas paratos,
Carpere offendens, benedixit illas,
Et sedens iuxta genitricis armum,
Lætus edebat,
Dum simul carpunt epulas redemptor,
Ore cunctorum dubiosa corda,
Exprobat dicens minime fideles
Dicite quare,
Nuntio cœli renuere matres,
Credere, atq; ipsis quoq; noluistis,
Corda prebere & fidei vitore,

Sumere sanctum.
Immo prędurο & titubante corde,
Ausus est pectus tetigisse nostrum
Anteꝗ credat Didimus, manusqꝫ
Durus vtranqꝫ.
Cum mihi reges puero dedissent,
Vltimis terris orientis acti.
Prima florentis fidei beata
Munera lęti,
Gentibus fidis aperitur ergo
Hostium veræ fidei, Polusqꝫ
Auris auditus quoniam sequentur.
Quæqꝫ feretis,
Ecce quæ regnans oriente ab ipso,
Vsqꝫ ad occasum moderatur orbem,
Roma subiectis humeris capesset,
Dogmata nostra.
Hespera hanc tellus imitata firmum,
Robur, accœptum fidei tenebit,
Nec sinet queꝗ requiē potiri,
Me inficientem,
Nec minus galli fidei recincti
Lillis vestris monitis quiescent

Omne depulso dubioq; credet
Totus hic orbis.
Virgo turbatus speculata fratres
Explans dixit dubiosa nate
Facta firmabunt populos futuros
Parce redemptis.
Annuit Christus genetrici & ipsis
Fratribus dixit penetrare mundum
Ocyus totum fidei docentes
Coelica iussa.
Qui fidem nostram solidam tenebit,
Et piis vndis maculas resoluet,
Moribus prauis neq; me negabit
Saluus habendus.
Qui suis vero maculis iacebunt,
Et fidem viuam minime capessent,
Hos fore addictos baratro profundo,
Iudico aperte,
Quod cito implendo facere vt queatis,
Spiritus sanctus Citius, superno
Ecce vos super radians replebit
Robore corda.
Nunc Oliueti sociante montem,

Matre; per gatis sollimis relictis,
Inde nam vobis hodie videbor,
Scandere ad astra.
His tulit dictis oculis eorum.
Se bonus pastor pater & redemptor,
Illi Oliueti petiere montem.
Iussa obeuntes.
At sator cœli pariter ꝗ terrę,
Arce qua magnum speculatur orbem.
Dęmonas cernens superasse Christum,
Gaudet aperte
Gaudet astrictos homines malignis,
Vinculis · tandem geniti labore
Liberos posse & penetrare cœlos,
Si resipiscant.
Vnde pręcepit petiisse terras,
Angelos omnes, genitū ꝗ pompa
Maxima sursum sociare victo,
Principe mundi.
Luce nanꝗ illa meritos triumphos,
Illi erat tandem reboante cœlo,
Laudibus summis genitor daturus
Sceptra ꝗ cuncta

Tunc viam pulchram proceres polorum,
Culmine acœli subito pararunt,
Vsq; oliuenti ad reuirens cacumen,
Montis, & implent,
Angelicis sanctis, statuuntq; passim,
Laudibus lętis pariter sequantur,
Dum patris dextram repetit triumphans
Christus Iesus,
Ast vbi virgo reliquiq; montem,
Iussa oliueti petiere iuxta,
Christus apparens iterum salutat,
Fulgidus omnes,
Et piis monstrat digito parentem,
Patribus sanctam, proceresq; terrę,
A quibus totus tenebris trahendus,
Tunc erat orbis,
Cernui patres pauidiq; Christo
Et polo grates peragunt videntes,
Ante quam cuncti cecinere plenam,
Esse salutem.
Dum suis vero documenta alumnis,
Seminat Christus, petiere fratres,
is tuis fasces hodie daturus

Sceptraqꝫ regni ?
Ille non inquit didicisse vestrum
Ista, sed donum capietis almo,
Spiritu, testes eritisqꝫ toto,
Orbe fideles,
Fatus hæc matrem subito petiuit,]
Oscula affigens veneranda fronti,
Ore festiuo placidisqꝫ verbis
Protulit ista,
O sacrum montem resecatus vnde,
Sum velut saxum manuum recisum,
Ictibus nullis hominum sed almi,
Arte tonantis,
Debeo multum fateor parenti,
Pro tot inpensis puero tenello,
Pro tot inpensis fugienti ab ira,
Regis iniqui,
Debeo sacro gladio doloris
Pectori infixo niueo parentis,
Nam mihi ligno similis pependit,
Mortis in hora.
Lex iubens matres coluisse natos,
Te monet mecum reuehære in astra,

Et coronatam relocare dextra,
Deniq; nostra,
Cura sed fratrum prohibet meorum,
Quæ tibi soli penitus relicta est,
Et vices nostrę fidei serendæ,
Nunc dare nolunt.
Ergo te matrem dominam magistram,
Tempore haud longo pueris relinquo.
Lumen vt cunctis fidei salubre,
Sedula promas,
Sicq; supremis meritis repletam,
Sedibus sumam veniens olympi,
Et dabo [illegible] potiora in astris,
Regna parentum.
Deniq; his dictis genitrici, amanti.
Fatur hæc Petro, Vigil omnearum
Partium princeps, retinens vicesq;,
Sole sub isto.
Iam fidem firmam genitor spopondit,
Nec detrimentum patietur vnq̃,
Donec ad finem redigetur orbis.
Tempus & ipsum.
Propter hoc fratres aliquando firma,

TERTIVS.

Et leua lapſos pietate ſummâ
Hoc enim propter cecidiſti in aula,
Me renegando.
Nec tyrannorum timeas ſecures,
Nam velut claues retines polorum,
Regna ſic terrę potiora habebis,
Omne per æuum.
Immò non veris titulis micabunt,
Principes orbis, niſi procidentes,
Te colant claris Tiaris receptis,
Nomine noſtro.
Poſtea ex tenſis loquitur Ioanni
Brachiis, oculi charites dederunt,
Nomen, & magnis titulis refulgens
Gratus olympo.
De tuis magni poſiti memento,
Nuper expoſti manibus parentis,
Virginis, curam venerandæ habere
Deniq; noſtræ.
Paginis ſcribas populis futuris,
Pectore ex noſtro reſerata & auſta,
Vt queant veræ fidei nitorem,
Carpere ab illis.

Insuper collo superum supremus.
Omnium Christus faciem pependit
Osculans, pacis benedicta dona
Liquit & ipsis.
Denicp his actis oculos ad astra.
Versus obuertens orietis oras.
Tardius cœpit proprio vigore
Scandere in altum.
Ethram dum tranat liquidum triumphans;
Christus, expansis manibus tre[illegible]ilcit,
Turba credentum, sequiturcp votis,
Omnibus, illum.
Tunc duo iuxta micure diui,
O a fulgentes, nitid cp vestes,
Hicp dixerunt Galilea pubes.
Quid tripidatis.
Iste qui mundo reprobo relicto
Scandit ad patrem proprio vigore
Sic suo cunctis veniet videndus,
Tempore iudex,
His leuis nubes oculis relatis
Omnium sumpsit dominum, sed isti
Corpore amisso domini dolentes

Collachrimantur,
Et simul lęti peragunt tonanti.
Maximas gratesq́, dominum videntes,
Arduos cœlos penetrasse, facta,
Orbe salute,
Amplius vero minime repertis,
Angelis, terrę pariter fideles
Vltimo Christi pedibus repressę,
Oscula figunt.
Et domum tendunt positam syonis
Monte, vbi expectent preciosa dona,
Spiritus almi monitura corda
Discipulorum.
Nuntii vero cuneis polorum,
Dantibus Christo numeros canoros,
Inserunt sese dominumq́ tali
Laude sequuntur,
Fons ego vitę proprie decusq́
Sum, mihi solus generosus autor,
Subdar vt nullis dominis, superbus,
Lucifer inquit
Magna pars cœli bibito veneno,
Hoc, ruit secum propriis repulsa;

Sedibus, fortis digito tonantis,
Faucibus orci.
Et remanſerunt meritis minuta,
Tranſtra Cœlorum, populiſq; manca
Igneis ſicut tenuata telis,
Magna triremis:
Ecce diuinis animis recinctus
Fece cedronis bibita, parentis,
Clarior ſole & radiante luna,
Scandit ad arcem.
Ecce iacturam reficit polorum
Victor æternus, propriiq; mundum,
Perditum ſeruat pretio cruoris,
Stipite fuſi.
Ecce diuinis humeris reportat,
Perditam campis pecudem remotis,
Et ſuo reddit ſupero benignus,
Paſtor ouili.
Conuocans tandem mulier propinquas,
Perditam monſtrat domibus reuerſis
Sordibus dragmam, rutilæ repertam,
Ecce lucerna.
Sit decus verbo genito perenni,

Qui minus carnem renuit caducam,
Sumere, vt cœli repleat ruinam,
Semine iusto.
Viderat summa radiante luce,
Lucifer quendam positum tonantis
Dextera, humana spetie creandum.
Ingemuitque.
Vnde conceptis odiis malignis,
Cum deus primos homines creasset,
Vos ait læti superos petetis,
Me profugato?
Non ita, & fructus veritos tonante,
Carpere induxit referens, scietis.
Hoc cibo quicquid patuit vorato,
Omnipotenti.
Illico & sumpsit ceciditque virgo,
Cum viro infelix, patuitque virus,
Dulcibus mistum tumidisque verbis,
Morte reperta.
Sicque regnabat libitina: & ipse,
Lucifer, cunctis dominans creatis,
Nec sibi quisque poterat nocere,

Sole sub isto.
Congerens immo male dicta coelo
Ore blasfemo tumidoque aiebat.
Insuls coelis dominetur altus,
Ast ego terris.
Non tulit patris genitus superni hoc,
Veste sed serui retegendo sese,
Obtulit carnem deitate sumptam,
Faucibus eius.
Muneri oblato minime pepercit,
Ille, sed toto cupiens vorare
Ore, dum credit dominus vorasse,
Pendet ab hamo.
Sicque de regno posito tyranno,
Carcere & tetro baratri sepulto,
Pœnitens Christus properat, potiri
Sede suprema.
Et duos ducit populos tyranni,
Candidos dira ditione raptos,
Trans suo forti baculo fluenta,
Israel Alta
Gloria æterno genito tonante,
Dauidis nato decus & potestas,

Morte

Morte qui mundo propria redempto,
R ite triumphat.
Dum canunt laudes populi beati,
Cantica & Christo recinunt vicissim,
Ianuam cœli properans triumphus,
Deniq; adiuit,
Tunc fores cœli reserate Ciues,
Gloriæ vt possit dominus subire,
Et patris dextram petiisse dixit,
Ore Michael.
Cœlites vero stupidi tulerunt,
Est minus nostrum reserare cœlum,
Nanq; vos inter reserator astat,
Clausor & idem,
Tolle tu portas Gabriel redemptor
Dixit, aut Moses baculo, vel ille,
Sorte qui terras populis diremit,
Melle fluentem.
Non potis quisq̃ reserare nostrum,
Has magis portas adamante duras,
Inquiunt illi, reserentur ergo,
Te bone victor.
Tunc triumphator calici nitenti,

Vulnere expressit modicum cruoris.
Et dedit sancto Raphaeli, vt illo
Limen in vngat,
Vnxit, & portæ pajuere, cœli
Protinus (mirum) patuitq; cunctis,
Qualis haud posset reserare lingua,
Gloria quisq̃.
Laudibus toto reboante cœlo,
Ianuis plenis subiit redemptor,
Atq; victrices genitoris artus
Vultibus offert,
Tradit & prędam proprio cruore
Ante prostratus solium paternum,
Tristibus tractam baratro profundo
Faucibus hostis.
Tunc pater, quis nam veniens ab hedon,
Vestibus tinctis rubei cruoris?
Est cruentatus varioq; plenus.
Vulnere totus?
Ille cui Ditem superare soli
Luridum, pœnis propriaq; morte,
Filius Dauid, deitate sumptus,
Inposuisti.

Omne præceptum celeri peregi
Mi pater gressu, pepuliq; regno
Impium regem ratione sola,
Orbe redempto.
Ergo tormentis variis receptis,
Et tuis iussis obitis ad vnguem,
Morte crudeli tolerata iniquis,
Pręmia redde.
Tunc sator cœli genitum recepit,
Israel verum, statuitq; dextra,
Laudibus toto resonante cœlo.
Dixit & illi,
Hic sedens regna & dominare cunctis,
Quo tuis ponam pedibus scabellum.
Vsq; peruersos, dubios, rebelles,
Teq; negantes,
Ille regales peragens parenti,
Occupat grates subito tribunal;
Et suos sanctos variis coronis,
Lętus adornat.
Maximus plausus sequitur polorum,
Sanctus, ac sanctus, repetuntq; sanctus,
Agmina inmensi numeri canendo,

Omne per æuum.
AEthnicus tandem bibitis salutis,
Poculis, mundi & penetrando fraudes
Vallis est vere tenebrosa mundus
Addidit ore.
Nec potis quisq̃ penetrare cœlum,
Ni fide primum potiatur ista.
Sola quæ pandit referatq; verum.
Dixit & iuit.
Ast ego æterni cupiens triumphi
Particeps tandem fieri, verendũ
Monte contendo superare ditem,
Parthenopęo.

EIVSDEM IN DIE MAGNA PARASCEVES

ELEGIA

DVulcis trũdo hodie melos laqaribꝰ altis
Nec soror ĩ filuis spargite voce precor,
Passer & ĩtectis taceat, nec cãtet ĩ vlmo
Turtur lũcta viro, neq; auis vlla simul.

Sola columba geme & turtur viduata marito.
Quæ salice arenti plangere sola soles.
Nam nequeunt aures hodie exaurire fideles
Gaudia, quo noster concidit ipse deus.
Rex sedet in solio tristis nigroq; cucullo,
Contectus, populus sacra sacella petit.
Collachrimans, quæritq; suum si forte videre.
Occisum possit per lacerumq; deum.
Abstinet ille cibis, mollissima vinaq; spernit.
Abstinet & lectis sancta caterua suis.
Se ferit hic pugnis propriis, corpusq; flagellis
Castigat, dominum commiserando suum.
Nec mirum quando pręfulgens funere tali.
Sol, minime mundo lumina clara dedit.
Et crepuere simul tanto percussa dolore
Saxa quoq;, & functos busta dedere suos
Ergo qui Christi non correspondet amori,
Nec simul in tanto funere corde gemit.
Frigidior functis, & saxis durior ipsis.
Non conregnabit lætus in arce poli.

EISDEM HYMNVS SV-
PER PRIMVM

PSALMVM.

HOs caro reddit petulans beatos,
Plurimos vero locuplex supellex.
Sceptra sustollunt alios superba.
Sole sub isto,
Hicque dum credunt tetigisse coelum.
Nec sibi quicquam nocuisse posse,
Ecce mors gressu tacito propinquans,
Perdit inertes.
Ergo non istos vocita beatos,
Qui studes vero remouere falsum,
Quique de vili preciosa carpis.
Lumine coeli.
Ast fore ęternum reputa beatum,
Mente qui nullos monitus nefandos
Bibit, aut sordens iter, indecensque,
Carne peregit.
Quique non atra catedra sedendo,
Miscuit tetrũ populis venenum,
Praua ne mundo nocitura in isto
Semina sparsit.
Sed lubens semper domini salubri

Lege, se exercet, pariterq; lege,
Viuit, vt summo placeat tonanti,
Nocte diuq;.
Hic velut semper reuirens olyua,
Et velut iuxta platanus fluenta,
Quę suo nunq̃ generare fructus,
Tempore cessant.
Omne opus gignit viride & salubre,
Eius & nullum folium putrescit,
Rite sed quicquid manibus facessit,
Prospera surgunt,
Impii vero similes fluentis.
Quæ fluunt semper reditura nunq̃,
Vel velut puluis valido peractus.
Turbine venti,
Quicq; discordes domino labuntur,
Semper ad Ditem minimeq; surgent,
Inde ad electum populum supremum,
Concilumq;.
Nam probat solos dominus fideles,
Qui poli numen coluere vere,
Lubricos vero reprobosq; cunctos
Mittit ad ignem.

EIVSDEM AD PECCATOREM ELEGIA.

Est fas cuiq; suę domui q̃ p̃sidet, hospes
Dicere ab his larib9 semp̃ abito foras
Fortius ille pōt nobis q̃ cũcta creauit
Sedibus his hospes dicere abito foras
Hospes abito foras nostro de corpore, nanq;,
Magna mea hoc fecit, non tua parua manus.
Hoc mea magna manus fecit pariter q; redemit.
At tu deuastas, hospes abito foras.
Hoc mea magna manus diuino sanguine lauit.
Tu vero fędas, hospes abito foras.
Hospes abito foras nã factum vt sydera scãdat.
Tu trahis ad tenebras, hospes abito foras.
Hospes abito foras nam quinos vertice sensus
Inposui vt totidem multiplicare queas.
Tu vero hos minuis sepelisq; putredine terræ.
Cœlica despiciens. hospes abito foras.
Hospes iussa decem tabulis seruanda duabus.
Tradidi, at hæc calcas, hospes abito foras.
Carcere detentus siti cruciabar amarã,

TERTIVS.

At tu spernebas, hospes abito foras.
Desiccabantur crudeli frigore membra,
Tu diuercebas, hospes abito foras.
Atra fames cerebrum carpebat pane negato.
Et tu prandebas; hospes abito foras.
A quoties lecto poteram vix membra mouere;
Nec succurrebas, hospes abito foras.
Hospitio nullo susceptus nocte vagabar.
Et tu ludebas, hospes abito foras.
Hac vita functo gratum præstare sepulchrum,
Cur non curabas hospes abito foras.
Omne opus in peius sensusq; refluxit ad ima,
Deniq;, nec viuis spritu, abito foras.
Horrescunt animi trepidant formidine fibræ,
Dum toties replicas hospes abito foras.
Hei mihi quo vadam cœlesti numine pulsus
Inferus excipiet protinus ille canis.
En perii fateor, dignus nec nomine serui.
Attamen inducias ne bone Christe nega;
Nam melior fieri cupio, talisq; studebo.
Te duce, quo dicas hospes ad astra veni.

FINIS.

SANTII PIERII TABERNATIS EXAST.

Hoc lege LECTOR Op9 gēmis fulgēti9 Auro et
Ascensu, plenum lumine, morte, Dei.
Sic eat elatū magna sub prole THOLETAE
Ne timeat Morsus Pagina Sacra Canum.
Nanq; sophocleo cantauit cuncta Cothurno
MANERIVS; Vere Relligionis honos.

PETRVS CHABRIAS SICVLVS

Hactenus ī tenebris querulus misertande uiator,
Deuius errabas luminis absq; Duce.
Quod te Passus adire chaos Vincentius, vltra
Non est: ad superos hinc tibi monstrat iter
Cū quo nam fueras: surgens ductorq; : sepultq;
Tartara despolians, Omnia ad astra trahit.

DONATI MARZANI DIST.

Coetera sic Vincis ceu nomina Nomine; Phoebū
Carmine, Vincennti Pieridasq; Deas.

FINEM.





¶ Errores in Inpręssione ad missi

Inprimo folio	delitie pro delitię
In secundo	littere pro li&ore
In folio quinto	materia pro materiam.
Ibidē atergo	potis pro polis
In folio. 8.	freno pro fraterno
Ibidem	ostendit pro ostendit
Item	mellos pro melos
Item	menia pro mœnia
Item ueuerabilę	pro uenerabile

Et miras fabricas multo & maiora ruinis

Folio. 9. atergo	cocidisset pro cecidisset
Folio. 13.	absupti pro absumpti

Folio. 25. uenit ubi elias & c. sic legendum
Viuit ubi Elias & secum iustissimus Enoch

Subitren	pro subirent
Viole	pro uiolę
Ingne	pro igne
Iniqus	pro iniquus
Terę	pro terrę
Hę fatus	pro hęc fatus
Icœlis	pro incœlis

Vittuli pro vituli.
Prophęte pro prohetæ.'
Rubicouda pro rubicun da
Infolio :27. atergo nattum pro mattum
Traxit apoftolica pro traxit apoftolicam
Infolio .28. fummi pro fummo
Infolio .30. tianant pro fectus
Atergo virore pro virorem:
Folio .35. turbatus pro turbatos.
Folio .38. oculi pro ocui
Atergo Corore pro corpęre.
Itemquę pro quo ibi feruas & fydera cœli
Item ubi apprimeq; Reuerendiffimo lege Ap/primeq; Reuerendo.

FINIS

¶Excudebat Neapoli Mathias Cancer. idibus. Nouembris.a Salute.
M.D.XXX X V.